

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Honor d
cum fonte primo

Vbi honor non est, ibi contemptus est;
ubi contemptus, ibi frequens iniuria; ubi
autem frequens iniuria, ibi et indignatio;
ubi indignatio, ibi quies nulla; ubi quies
non est, ibi mens a proposito
sepe deicitur; ubi autem per
inquietudinem aliquid aufertur ex studio,
minus fit ab eo quod tollitur, et ubi
minus est, perfectum dici non potest. Ex
hac supputatione illa sentencia nascitur:
monachum in patria sua perfectum esse
non posse, perfectum autem esse nolle
delinquere est.

Ieronymus in epistola.

sed
ubi honor non est, ibi contemptus est;
ubi contemptus, ibi frequens iniuria; ubi
autem iniuria, ibi et indignatio;
ubi indignatio, ibi quies nulla; ubi quies
non est, ibi mens a proposito
saepe deducitur; ubi autem per
inquietudinem aliquid aufertur ex studio,
minus fit ab eo, quod tollitur, et ubi
minus est, perfectum non potest dici. ex
hac supputatione illa summa nascitur,
monachum perfectum in patria sua esse
non posse. perfectum autem esse nolle
delinquere est.

Hieronymus Stridonensis, *Epistulae*, 14,
7, 2 (CSEL 54, I. Hilberg ed., p.54, ll.10-
18).